



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Venit Romam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Canisij multi-  
plex Rar-  
sistona la-  
bor.

le imperata complexus, id vnū solum in eo m-  
nere, cum sese respiceret, leuamētum reperiē-  
quod fortasse sic aliquis excluderetur voluntate  
ac fidei minus sinceræ firmæque. Quandiu ve-  
Ratisbonæ fuit, tum consiliis Theologorum  
tererat, tum conciones ordinarias habebat, tum  
refutando Hæretico dabat operam, qui contra  
Catechismum eius scripserat maledicētia, & in-  
pudētia singulari: tum quosdam libellos germ-  
nicè, & puerorum in vsum Catechismum hab-  
bat sub prælo. Priuatim quoq; Iudæum mox  
cro fonte tingēdum, religionis imbuebat initi-  
Demum familiaribus cohortationibus, porrig-  
disq; consiliis omnes inibat vias, omnia aucupa-  
batur tempora alicuius faciendæ sementis. Per-  
suasitque haud nullo negotio sacrorum Præfult-  
bus, vt consultationes instituerēt de Clericorum  
Ordine corrigendo, cum res siue in capitibus, siue  
in membris summe necessaria esset. Conuentu-  
iam absoluto, cum edictum Romæ Comitiorū  
tempus ad creandū Præpositum Generalem ap-  
peteret, cum bona Principum venia iter ingredi-  
tur. Ceterum nulla ne tum quidem Comititia ha-  
bita, verum procellæ extitere non leues: in qui-  
bus

Venit Romā.

bus singularem suam aduersus Præfides fidem, & obediētiam Canisius prompsit. Iam vero & tempus instabat itineris in Germaniam repetendi, vt maturè ad VVormatiense Colloquium posset occurrere: & Pontifex, ad quem per foedam calumniam delatum erat, Patres ab Vrbe velle in Hispaniam transferre conuentum, vt Apostolicæ sedis oculos & iudicium declinarent, graui commotus stomacho interdixerat, ne quis prorsus eorum extra mœnia vrbis Romæ pedem efferret. Itaque nominatim admonendus fuit, si quidem placeret Canisium, & Gaudanū interesse VVormatiensi Colloquio, vt eis potestatem faceret abeundi: qua facta, Iunio senescente abierunt, cum diligenter ante Canisius prouidisset, conuenissetque cum Patribus, vt perpetuo sacrificiorum, ac precum subsidio, quandiu Colloquium teneret sibi præsto essent. Cuius auxiliij fiducia sic armatus, animatusq; discessit, vt omnia in eo reponeret: & vbi primum in Germaniam venit, eam antiquissimam habuerit curam, vt promissa illa sacrificia, ac preces, literis ad id datis, nominatim exigeret. Nam precibus vestris, inquit, non humanis viribus ego fretus illud certamen adibo in  
 nomi-

*Redit in Germaniam.*

*Fidit precibus Societatis.*